

U. q. 17, 1



DE CONFRONTATIONE,
DISPUTATIO SECUNDA,

QUAM
FAVENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO
SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi
& Consultissimi*

DN. JOH. OTTONIS

TABORIS, JCTI,
SERENISSIMI PRINCIPIS HASSO-
DARMSTADINI, &c. CONSILIARII, INCLYTÆ
Universitatis Ludovicianæ CANCELLARII, & Pro-
fessoris Primarii, DN. Patroni, Promotoris ac
Præceptoris sui æterno observantiæ
cultu devenerandi,

Publicè defendendam suscipit

NICOLAUS BRANDÆ/Lübecensis.

*Ad Diem 21. Februarii,
Horis & loco consuetis.*



GIESSÆ HASSORUM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Acad. Typographi Ordinarii, 1661.

DE CONFERENTIA
DE... ..

...

...

...





DE CONFRONTATIONE, PARS SECUNDA.

I.



Ostquam superiore disputa-
tione confrontationis primordia, i-
temque definitio, species & causæ (cum
efficientes cum objectivæ & subjectivæ)
expositæ sunt; superest ut formalem atque
finalem pro nostro penso expectamus. De
forma & ordine diligenter observandis, me-
ritò hic laudamus cap. qualiter. 17. De Ac-

casat. *Quamquam de inquisitione propriè loquatur; ibi: Si debi-
tum inquisitionis ordinem observastis, discretiõnem vestram in
Domino commendamus; si verò qualibet occasione prætermisi-
stis eundem; Adhuc ipsum tempore oportuno volumus observari:
Ne inde nascantur injuriæ, unde jura nasci debebant. Ideoq; man-
eamus, quatenus ad conscientia vestrae judiciũ recurrentes, si con-
trà præscriptum ordinem, tanquam homines, excessistis; non pu-
deat vos errorem vestrum corrigere; quoniam apud judicem (illũ)
districtum, in qua mensura mensi fueritis, remerietur vobis. Ha-
tenus ille.* Hanc itaque admonitionem observantes; Formam
confrontationis ut actus practici, in hisce duobus generalibus ca-
pitibus contemplantur: *Quando* confrontatio interponenda sit,
& *quomodo.* Tametsi prior deliberatio etiam objectum tangat;
cum & hoc contineat quæsitum; quibus nempe casibus locum
F habeat

Habeat confrontatio : Et alteram illud : quæ indicia quæve requi-
 sita præsupponantur : Ut tum demum quæstio de tempore & loco
 succedat. Prior deliberatio arbitrio Judicis committitur in der O-
 sterreichischen Landgerichtsordnung allegato sup. art. 36. ibi : Weil
 die Confrontation in einem oder andern Fall zu Erfindung der
 Wahrheit oft nützlich u. oft schädlich ; derohalben kan dieses Ortes
 keine gewisse Regel vorgeschrieben werden : Sondern der Richter
 muß auß Beschaffenheit der Person und allen Umständen selbst
 erwezen / ob solche Zusammenstellung zu erkündigung der Wahr-
 heit / und daß der Uebelthäter desto ehender zur Bekandnuß gebracht
 werde / nützlich und dienstlich sein müge. Ratio quidem decisio-
 nis nobis usque non probatur : per ea quæ superius indicata sunt :
 Decisio tamen sustinetur ex maxima causarum personarum, alia-
 rumque circumstantiarum ; atque adeo indiciorum ipsorum varie-
 tate , quæ impedit , quo minus certis res regulis possit includi.
 Namq; ut Pragmatici tradūt , indicia etiam quadruplicia numerari
 possunt (1) leviora , (2) firmiora (seu propinqua) (3) urgentiora
 (4) urgentissima s. clarissima : Sic ut *Leviora* proficiant ad inquisi-
 tionem ; *firmiora* s. propinqua ad capturam seu incarcerationem ;
urgentiora ad torturam ; *urgentissima* autem ad condemnationem
 desiderentur , post *Menocho. Mascard. Farin. & alios à se citatos Si-
 gismund. Witten. consil. crimin. 2. num. 8. pag. 321.* Oppidò enim
 ineptus est Ludovicus Carerius in sua pr. crim. pag. 56. cap. 35. cum
 quærit : An deprehensio in delicto , faciat iudicium ad torturam :
 Cum posito delicto , torturâ opus nullâ sit : sed statim conde-
 mnatio sequi debeat : *l. unic. princ. ibi : in ipsa rapina & adhuc
 flagranti crimine. Cod. de raptu virginum.* nisi factum ipsum ex alia
 causa dubium reddatur. Invenio tamen etiam alios, ab ipsis Prag-
 maticis deceptos, hanc deprehensionem tantum ad ea indicia quæ
 captivitati locum faciunt, referre : v. *Neue peinliche Landtsger.
 Ordnung in Osterreich unter der Emß part. 2. pag. 116. §. Vierdtens*
*Ist eine Anzeige zur Einziehung der Ehebrecher / wenn sie in
 würcklicher That betroffen werden / contra l. quod ait lex 23. ad L. Jul.
 de Adulteriis. Quod etiam Solon, & Draco in Legislatione sua
 dicuntur animadvertisse : verbis ἰν ἰσχυρῶ, ἰν ἀνυπόθεῶ, in handfester
 That.*

Thal d. l. 23. Alciat. 2. parerg. 25. conf. Reyger. in thesauro verbo
renuntiatio. num. 4. Carpζov. 3. qq. crimin. 136. num. 83. & seqq.
LL. Attice, referente, Petito. l. 6. c. 4. ita habebant: Εὐν τις μοιχὸν
λαΐβη ἐν ἔργῳ, ἀρεθῶς ἐν ἀρεθῶσι, ὅ, πᾶν βάληται χεῖρας. pag. 39.

2. Si quid tamen ad Judicis animum motumque informan-
dum dicere licet: Requiritur (1) delictum esse admissum, sive
de corpore delicti constare. l. 1. §. item illud. 24. ibi: nisi constet ali-
quem esse occisum. de Scto Siliano. post Gloss., Farinacium & alios
Carpζov. 2. decis. 197. num. 1. Add. l. 23. inf. & l. seq. ad L. Aquil.
P. N. D. artic. 6. Dn. Lindenspur comment. ad jus Wurtemb. p.
474. num. 10. ubi limitat in delictis quæ non sunt facti permanen-
tis, quale est stuprum, adulterium, abnegatio Dei; quæ à sagis
fieri solet: Ubi frustra corpus delicti requiras. Farinac. quæst. 2.
(2) denuntiationis sive rei denuntiatae probabilitatem & causam,
Dn. Lindenspur d. loc. pag. 479. n. 17. (3) qualitatem personarum
denuntiantis & denuntiatae (4) famam publicam; si ea non bene de
denuntiato sentiat. Quemadmodum talia requisita ex ordina-
tionibus causarum capitalium, tum Cæsaris Caroli V. articul. 31.
tum aliorum Principum ac Statuum possunt colligi: vid. Fürstl.
Württemberg. Ausschreiben von Malefiz Sachen in des Herzog
Ehumb Württenbergs gemeinen Landtsordnungen. pag. 356. §. So
dann undt vord ander / wenn ein corpus delicti &c. Quin & e-
xemplis ex Thuano & aliis modo relatis facile possunt dignosci,
perspicui & dijudicari. Licet verò ibi factum quoque explosio-
nis manifestum, & ministri magnifici Principis ut mandatores
assassinij delati essent; quia tamen nulla apparebat causa sive ratio
tanti facinoris imputandi; Et cum uterq; denuntiatum honestæ vitæ
& famæ esset; Facile se oneri confrontationis, præsertim in territo-
rio alieno, potuerunt subducere; sed & indicia deerant: qualia in
causa confrontationis saltem *firmiora* seu proquinqua desiderantur,
cum confrontatio habeatur pro actu præjudiciali. vid. Christoph.
Cruisium de iudiciis part. 1. cap. 10. num. 1. & 2. Unde quaeritur: An
denuntiatio complicum & in specie sagarum ad confrontationem
sufficiat: qua de re aliquid jam supra disputatum est, disput. 1. rh. 35.
Et negativam etiam alii tuentur. vid. Besold. 4. Consil. 179. num.



196. & seqq. item consil. 183. num. 15. & toto consil. 301. add. Fachin.
 1. Consil. 93. Argentorat. 2. consil. 53. Quod si tamen omnia requi-
 sita artie. 31. Constit. Carol. concurrant, non dubitem id affirma-
 re, per not. Berlich. 4. conclus. 4. num. 116. G. Everhard. 1. consil.
 2. num. 65. & seqq.

Tempus in-
 bit. Confr.

3. Enimvero, quod tempus attinet, quo confrontatio de-
 cernatur, varium etiam illud est; Possimus tamen in genere dice-
 re: Eam tum potissimum decerni, quando vel contradictio, vel
 contrarietas aut variatio intercedit: Atque eo sensu admittimus
 & exaudimus Farinacium, quando *quest. 72. n. 141. pag. 447.* ita
 hac de re scribit: Posse confrontationem fieri, non solum quando
 testes (idem de cæteris personis dicendum) deponunt tale quid,
 quod directo contrariatur ei, quod reus deponit in examine, *ubi
 quidem Clarus tradat in quest. 45. vers. sed in proposito. 14.* & præfer-
 rim quando immediate deponit de visu: Verum etiam generaliter,
 quomodocunq; testis aliquid proferat & deponat, quod reum
 afficiat: Etiam si ipse non contradicat, aut depositio delictum im-
 mediatè non tangat: Utpote si deponeret super corpore delicti,
 vel super fama: Semper enim intrare rationem, *l. de unoquoq; 47.
 de re judic. Ita philosophatur Farinacius. Atqui d. l. 47.* non agit
 de confrontatione, sed de sententia, ut ea proferatur inter præsen-
 tes: aliter iudicatum regulatiter non teneat: Quomodo ergo in-
 feras: confrontationem esse instituendam, etiam si nullus nec in
 re nec circa rem dissensus, contradictio aut varietas incidat? Ita
 sæpenumero hamaxarius ille delirat. Rectius ergo Suevius in Sy-
 nopsi quæst. crimin. Carpzovii part. 3. *quest. 114. num. 75.* Testes,
 inquit, cum inquisito confrontantur potissimum, quando deposi-
 tio eorum est contraria dicto, vel confessioni inquisiti in exami-
 ne factæ. *Godelm. l. 3. de Magia cap. 9. num. 24.*

4. In causis criminalibus confrontatio ilicè post capturam
 suscipienda est: Fürstl. Würtenb. Ausschreiben in der LandesOrdnung
 pag. 357. 5. wenn denn zum dritten; Ibi die Confrontation
 soll nach der Examination auff's längst innerhalb dreyer Tagen nach
 gefänglicher Befahrung in beysein Zweyer des Gerichts Vor-
 genommen werden. Utiq; in causis sagarum & veneficorum singu-
 lariter.

lariter monent Criminalistæ, confrontationem complicum maturandam esse: Ita Romanetus in instructione Judicis de maleficio cognoscentis artic. 12. Si captivus, inquit, est accusatus sive denunciatus per aliquem ex suis complicibus, illicò cum ipso confrontandus est: Quandoquidem nulla res est, quæ veneficum adeo confusum reddat, quam ante oculos videre eum, quem socium agnoverit in Sabbatho. *Hec ille.* An verò etiam post conclusionem in causa fas est confrontationem institui? utique si nova ratio id requirens emergat: Quia in causis criminalibus nunquam ita conclusum censetur, ut Judici amplius inquirere non liceat. *argum. l. unius. 18. §. cogniturum 9. de questionibus.* Nec probationibus in his causis licet renunciare, post *Asinium & alios, Vmminus disp. 19 de processibus num. 13. vers. veluti.*

5. Quod ad locum: Confrontatio in causis civilibus *Locus.* haud dubiè fit in judicio: In criminalibus autem testes quidem etiam possunt in loco judicii inter se cõmitti; Rei autem quoties vel inter se, vel cum testibus componuntur, plerumque id in commentariensis fit cænaculo. Locum ejusmodi examinis & confrontationis notabiliter, & peculiari plane significatu Ammianus Marcellinus appellare videtur *territorium*: quod miror fugisse diligentissimos æquivocationum investigatores. Brissonium, Martini-um & cæteros Lexicographos: Tum Jureconsultos alios in comment. ad tit. de V. S. vocem territorii diligenter explicantes, *Albericum Gentilem, Rebuffum, Cujac, Gædd. Wegnerum, Sueviũ, alios.* Nec hi qui in tractatibus de jure publico materiam territorii exposuere, hujus significatus mentionem fecere. *Vti nuper d. ad cap. 6. Dan. Ott. de jure publ.* Ne Mingius quidem nec Knichen id observarunt. Verba ergò Ammiani è lib. 29. cap. 4. referenda sunt, quæ ita habent: Advenit aliquando tamen ipse quoq; Theodorus præmortuus (*schon halber todt*) & atratus, quo in devia parte *territorii* abscondito, paratis omnibus, quæ indagine futuræ poscebant, internarum cladum lituijam sonabant. *Hæc Ammianus.* Alius locus erat qui Secretarium dicebatur, in quo scilicet Judices causas examinabant *l. ult. princ. & §. ult. C. ubi Senat. vel clariss. l. 3. C. de offic. divers. jnd. & alibi.* Quod & auditorium



rium iudicum appellabatur. *Gotofr. ad d. l. ult. pr. per l. 40. de reb. cred. l. 1. An per aliam causa appellat. & passim.* Et sane in bene constitutis Rebus publ. Camerae peculiare ad confrontandum & torquendum paratae sunt; Monenturq; Magistratus, in der *N. Oesterreichischen Regierung's Peinlichen Ordnung / Cesarea sub autoritate in illis partibus promulgata & imprimis Domini territoriorum, ut apta loca construant, in quibus captivi serventur & examinentur v. praefat. §. insonderheit.* Et hoc fortè cavere & secus facientes reprehendere voluit *Farinac. quest. 72. num. 139.* quando scribit: *Malè (i. e. perperam) Reos à praefectis Urbium torqueri & confrontari in carceribus.*

6. Quod denique modum confrontationis attinet; Aut Judex testes confrontari facit inter se, aut cum reis, vel etiam reos inter se invicem. *vid Corasium in Arresto Tholosano saepius laudato, annot. 22. ibi: Statuit Senatus Tholosanus, ut testes cum Tullio componantur, quin & ipsa acrix in iudicio sistatur, & ad postulata respondeat. Et annot. 25. ibi: commissis inter se litigatoribus. Iterum §. 70. pag. 792. ibi: statuunt in eorum Patres, ut Martinus Guerra, cum Tullio, Petro Guerra, Rolia & sororibus committatur; nec non cum iis testibus, qui tantà constantiâ affirmaverant, reum esse Martinum: Denique ambo inter se conferantur.* De Primo casu peculiaris habetur constitutio in *Codice Henriciano lib. 7. tit. 6. §. 10.* Unde procedendi apud alios consueta forma potest intelligi. *Quand les tesmoins comparoîtront pour estre confrontez: Ils seront incontinent recollez par les juges, & par serment, en l'absence de l'accusé: Et sur ce qu'ils persisteront, & qui sera à la charge de l'accusé, luy seront incontinent confrontez, separément & à part, e l'un apres l'autre.* Quando Judex testes cum reo examinato confrontari facit; Tunc illi testes non plures simul: (quod *Dd. in turba fieri dicunt*) sed singuli per se (seorsim) ad faciem rei debent adduci, inquit *Tranquillus Ambrosinus in processu suo informat. lib. 2. cap. 9. num. 2.* & praestito coram eo juramento veritatis (dicendæ) factaque illius personæ cognitione (i. e. ostensa ipsi rei persona) omnia ea quæ alias deposuerunt, iterum in faciem rei ratificabunt & confirmabunt: Quam rationem approbat *M. Stephanus lib. 9.*

lib. 9. de offic. jud. cap. 8. num. 1. Eleganter hoc expressit. Brisson. in d. Cod. Henric. tit. 8. l. 11. ad faciendam istam confrontationem, inquit, comparebunt tam accusatus quam testes coram Iudice, qui in presentia utriusque injunget singulis juramentum veritatis dicendæ: Eoque facto, & antequam depositio testis in presentia accusati legatur; interrogari is debet, an aliquas recusandi causas contra testem illum presentem habeat, eiq; injungi debet, ut eas è vestigio proferat, postmodum non audiendus. Quod si nullas recusationes allegaverit (ita sequitur in l. 12.) procedetur ad lectionem depositionis testis, ad confrontandum. Rationes eruditè explicat Charondas ad. d. l. 11. ut & ipsam processus seriem: post revocationem, inquit, seu repetitionem testium, (qui distinctus à confrontatione actus est) confrontationes testium in secreto fiunt, & unus demum post alterum (non in turba) cum reo committitur: Quæ in re tria iterum observanda sunt: *Primum* utrum testis accusatum cognoscat, & vice versa accusatus testem: æquum enim est, ut cognoscat eum de quo deponit. Quæ de re si Judex dubitet, potest etiam alium subjicere; uti supra in historia Athanasij factum fuisse memoravimus. *Deinde* ut reum interroget, an aliquas recusandi testis causas habeat: Quod in continenti, cum constitutione Gallica exigere, nimis durum esse, fateatur. *Tertius* articulus confrontationis est lectio depositionis testis, quæ fieri debet distinctè ut interrogatus reus depositionem rectè intelligere, illique ubi opus fuerit contradicere queat, & allegare rationes & media sua sive argumenta quibus eam depositionem subvertat. *Hactenus Charondas.* Pertinet eò formula petendæ confrontationis apud Simonem Olivam *part. 3. actionum forensium. actione 1. pag. 324.* in casu valde notabili impostoris clerici, qui sub prætextu pietatis promissione indulgentiarum, loculos subditorum emungebat, & pectora superstitione implebat: Formula ita habet: D'autant que ce prevenu denie par sa responce le fait de son accusatiõ, & qu'il -ya plusieurs resmoins qui en deposent precisement: Nous requerons, que contre luy soit procedé extraordinairement par recolement & confrõtation des resmoins, pour le cayer des confrontations raporté & à nous communique
pouvoir.

pouvoir dire. & requerir & qu'il appartiendra. Ce qui auroit esté ordonné au conseil, vuidant la forme de proceder. pag. 324. Exemplum ejusmodi processus videre licet in Mercurio Gallico de quodam assassino Alphestone, qui Cardinalis Richelii trucidandi consilium cœperat, & à fociis scelus ex intervallo detestantibus, proditus erat; Les deux tesmoins, inquit Author tom. 19. in Anno 1633. pag. 186. ont esté recolez & persisté en leurs depositions; *Et paulo post*: Les mesmes tesmoins, ayans esté confrontez, ont soustenu constamment en la face du prisonnier, leurs depositions estre veritables. *Adde ibid. pag. 190.*

7. Quid usus Italiae ferat, ex formulis Tranquilli Ambrosini commode licet intelligere *d. tract. cap. 9. num. 8. pag. 137.* ubi totum processum sic designat: Dominus Judex ad magis convincendum reum (de mendacio,) & magis disponendum ipsum ad veritatem profitendam, ac ad omnem meliorem finem & effectum, mandavit ad faciem ipsius N. N. adduci, Mævium Milonis, de quo supra: Quo adducto: & delato, tam illi, quam ipsi, juramento veritatis dicendæ, tactis Evangelii jurarunt: Eo expedito, fuit testis (Mævius) per Judicem interrogatus: An cognoscat præsentem; Et dicat quomodo nominetur & cognominetur?

Respondit: Sic Domine Judex, cognosco præsentem hunc hominem, qui vocatur Mævius Milonis de Numeria Interrogatus vice versa, præfatus C. An cognoscat præsentem adductum & quomodo vocetur?

Respondit, Signor si, che conosco quest' huomo che mi ha vetefatto adesso venir infaccia che si chiama &c. Sic Domine cognosco hunc hominem, qui mihi in faciem nunc est præsentatus, & vocatur &c.

Factâ sic mutuâ hominum & personarum recognitione, fuit denuo idem adductus, interrogatus: an ea quæ deposuit in suo examine facto sub die & mense, & contra præsentem C. vera sint, & an ea, modò, ausit ratificare & comprobare in faciem præsentis C.

Respondit: Domine sic, omne id quod dixi in alio (priori) meo examine, veritas est, & in veritate dixi & deposui, & adsum paratus etiam in facie præsentis hujus C. illud comprobare.

Tunc

Tunc Dominus Judex mandavit per me (Notarium) ad claram
amborum intelligentiam legi depositionem ipsius adducti, de qua
supra fol. N. facta sub die, &c. Quâ lectâ & per ambos benè auditâ
& intellectâ, ut interrogati asseruerunt, fuit idem adductus per Do-
minum Judicem interrogatus:

An ea, quæ modo legi audivit, sint illa eadem, quæ ipse aliàs
dixit & deposuit, contra vel circa personam præsentis C. &
an vera sint, & tanquam vera modò approbet & ratificet in
faciem ejusdem C.

Respondit: Sic Domine quantum mihi nunc fuit prælectum, id
à me fuit dictum & depositum: Et omne id in veritate dixi & veluti
verum id nunc confirmo, & ratifico in præsentia hujus C.

Tunc Dominus Judex cōversus erga dictum C. Interrogavit ipsum
quid modò respondeat ad prædicta?

Respondit: intellexi quantum hic dicat, quod scilicet, &c.
Sed ego ex aduerso dico, quod ipse sit homo mendax, &c. è
mente per la gola (sic enim verba emphatica etiam *enrōs* ve-
niunt annotanda.)

Hic Judex porro progredi, & duplicationes, triplicationes atq; ul-
teriores responsiones adducti & rei recipere, annotationem dicto-
rum Notario injungere, & porro sic pronunciare poterit:

Quia ambo persistunt in suis dictis, ideo adductum à loco ex-
aminis esse removendum ut deliberationi locus fiat.

Factis autem confrontationibus, monitoque pluribus reo, ut veri-
tatem fateatur, recensendo ei, quod jam videat Testes adesse, qui
deponant in faciem ejus, ipsumque convincant; quos verosimile
non sit falsum deponere, siquidem nec ratione ulla ad fallendum
sive falsum deponendum adigantur; poterit absolvi examen. Am-
brof. d. l. 2. cap. 9. n. 9.

Brevius Vincent. Ondado *apud Tuschum lit. T. conclus. 163.*
num. 60. Ita putat confrontationem legitimè peragi, si testis addu-
ctus ad præsentiam rei & ibi medio juramento deponat in ejus fa-
ciem, vera esse deposita per eum (voluit dicere per se) quæ debeant
integra legi testi deponenti, & reo.

8. Et hunc stylum Germaniæ JCtis non improbari inter a-
lios

Hos testatur Dn. Johannes Brunneman de Inquisit. process. cap. 8. memb. 2. pag. 190. Solentque Collegia Iudiciorum uti hac vel simili formula: Als Ihr vns einen Bericht neben eingeschlossenem Protocollo vnd aufgenommenen Juratorischen Zeugen kundschafften wieder die in puncto veneficii berüchtigte vnd eingezogene alte Terransche zugeschicket / vnd euch des Rechts zu informiren gebeten / demnach erkennen / etc. Nach fleißiger Verlesung der Acten den rechten vnd vns zugesandten vnd aufgenommenen Zeugen kundschafften gemeh zu sein; daß zu vorderst die alte captivirte Terransche über die abgefaste Articulos inquisitionales singulariter singulis zu respondiren / vnd litem zu contestiren anzuhalten: Nachmals aber mit den Zeugen bey einem jeden Articulo über dem jenigen was sie leugnen wird / zu confrontiren sey; Da sie denn nun auch alsdann ein mehrers als geschehen nicht bekennen wird / sendt Ihr dieselbige zu Erkündigung der Wahrheit mit der peinlichen Frage / zimlicher verantwortlicher Weise belegen zu lassen wohl befügt / wann solches geschehen / vnd alles was vor / in vnd nach dem Actu Torturæ vorgegangen / von einem qualificirten Notario fleißig verzeichnet / ergehet dann ferner was Rechts. Sed de tortura postea dicetur. In casu singulari, cum testis profiteretur se non novisse reum aliter quàm de visu, nonnulli hanc cautelam iudici suppeditant; Ut reum non solum, sed inter alios innocentes, qui ejusdem cum reo statutæ sunt, constituat, & iisdem cum reo vestibis indui curet: Sic enim metum subornationis evitari. *Oldenkop. Observat. Criminal. titulo 4. Observat. 4. pag. 237. Conf. sup. part. 1. pag. 9. th. 13. §. in tr. Cautel. Crimin. tit. 4. cautel. 4. pag. 208.*

9. Quærent hoc loco Dd. An Reus possit testem secum compositum in ipsa confrontatione pro lubitu de circumstantiis interrogare? Id enim dicere voluit Ambrosin *d. cap. 9. num. 82.* Et respondet posse, addita ratione inepta & minus concludente: Quia confrontatio non alium habeat effectum (sive, ut ille loquitur, nihil aliud faciat,) quàm ut suppleat defectum citationis; Non autem operari hoc, ut testes interrogari non possint. De priore asserto paulo post videbimus. Clarius autem dicere poterat: In examine testium permissum esse reo interrogationes concipere & judici

judicii exhibere, quæ in iplo examinis actu proponantur ut testis de-
 super examinetur v. l. si sine 9. §. 1. ibi : Interrogatum non solum à
 Prætorè accipere debemus, sed & ab Adversario. De interrogationibus
 in jure fac. Ergo & Reo permittendam esse interrogationem in
 ipsa examinatione. Eoque pertinet l. si postulaverit. 27. §. questionè
 7. ad L. Jul. de adult. non ad primam testium auditionem s. auscul-
 tationem & examen l. nullum 14. C. de testib. Licet receptioni & ju-
 ramento testium partes interesse conveniat l. si quando 19. C. eod.
 Pacius in anal. Cod ad L. Jul. de adult. num. 18. Don. lib. 25. comment.
 cap. ult. (Hos locos juris inquit Oldendorpius tr. de testib. sub tit.
 de dictis testium §. 3. pag. 854. sine calumniosa interpretatione sic
 exaudire oportet, ut receptioni quidem testium partes intersint,
 sub tempora autem dicendi testimonii seu examinationis non ad-
 mittantur. Quid enim hoc aliud esset, quam libertatem dicendi
 testibus adimere,) Conf. Tuschum d. lit. T. conclus. 163. num. 60.
 ubi in fine ait : Dandam esse reo facultatem interrogandi, si ipse
 velit testem. Enimvero exemplum ejusmodi interrogationis pla-
 cet iterùm ex historia novissimorum temporum proponere, ut
 nilus tanto manifestior evadat. Anno 1617. in Gallia Leonora
 Galligaya, Conchina, Ancrei nuper trucidati Uxor, captiva, inter
 alia arguebatur quod magicas artes assectata, & Judæica labe infe-
 cta fuerit : Negante Galligaya ; commissi de more testes : Quos
 illa fidenter rogat, ubi characteres, ubi magici libri ? Ubi magi,
 quos habuisset autores, vel socios ? Ubi effectus artis ? quæ in-
 cantamenta ? in quam causam ? v. Gramond. lib. 2. Histor. Gallie pag.
 166. Aliud exemplum permissæ interrogationis v. apud Ernest.
 Cothman. Vol. 3. resp. 4. num. 64. Porro & hoc quærit Ambrosinus :
 An Reus postquam tali modo fuerit interrogatus, possit aut debeat
 denuo repeti ad instantiam ipsius rei super suis interrogatoriis ?
 Respondet num. 35. distinguendo ; An testis in confrontatione
 fuerit sufficienter interrogatus, nec ne ; ut priori casu repeti non
 debeat super interrogatoriis rei ; posteriori possit. Quod ampliat
 procedere etiam si processus jam sit publicatus, dummodo rei do-
 lus absit, per Marantam part. 6. de ord. judic. in 7. memb. de interrog.
 num. 19.

10. Haecenus de compositione testium, quemadmodum illa & inter ipsos testes & cum reis instituenda sit: sequitur de compositione reorum invicem. Dann wann der Thäter etliche Helfer vnd Mitgesellen angegeben hat/welche solches nicht gestehen wollen; werden sie einander vnter die Augen gestellet. Oesterreichische Landgerichts-Ordnung/part. 1. art. 36. De hac specie confrontationis ita scribit Damhuder. *in praxi verum Criminal cap. 47. num. 1.* Cum duorum captivorum alter alteri crimen imponit (s. imputat,) & hi in delationibus discordant; Judex utrumque sibi fisci jubet, eosque de discordantibus interrogat; Prius separatim, mox utrumque conjunctim. In quibus modis, si Judex ipsos quasi in subdolis commentis s. fictionibus persistere comperiat, neque ullis aliis modis veritatem indagare possit; mandat simul utrumque in alterius mutuo conspectu torqueri, &c. Consent. Boerius. Bossius Clarus, Farinac. alii, citati Johanni-Petro Schönem/ apud Klockium 3. *Consil. 195. pag. 943. num. 100. ibi*: Reus denunciatus debet primò depositionem factam in prima tortura sponte ratificare, una cum confessione principalis delicti; & deinceps ad purgandam infamiae maculam, rursus torturae subdi, in praesentia ipsius nominati, ad confirmationem confessionis.

11. Haec traditio cum non omni dubitatione careat, maximè in posteriore postulato, juvabit distinctius eam excussisse, sic utrum ad actum priorem, tum posteriorem & consequentem animum advertamus. In actu priore prudentiores pragmatici praemittere itidem solent interrogationem, (an reus complicem noverit, & an habeat quod in ipsum dicere possit,) ac tum demum Complicis depositionem eidem praelegere. *Uti in testibus cum reo componendis diximus thesi. 6.* Sic enim in gravissimis causis observatum fuisse, non tantum ex actis privatis, sed & publicis constare potest: Sufficiat unum atque alterum exemplum adduxisse. Cum Mareschallus Bironius, tempore Henrici IV. Gallorum Regis cum complice Lafinio, crimen conjurationis jam confesso, ignarus ipse revelationis, componendus esset; initio primarius praeses rogavit Bironium: S' il avoit quelque reproche contre la Fin? An aliquid haberet quod in eum posset dicere? Hoc respondente
Qu

Qu' il le tenoit pour gentilhomme d' honneur, son amy & son parent; Detecta fuit demum depositio Lafinii. Tum verò Bironius stylum verrere, & Lafinium flagitiosissimum hominem perhibere. Subjicit Matthæus, quemadmodum porro Lafinius omnes suas depositiones asseruerit, & Bironius per Renazæi præsentiam sive confrontationem denuo convictus fuerit. *Legi hæc possunt tom. 2 lib. 5. narrat. 4. pag. 495.* Eas verò circumstantias tanquam augustâ suâ historiâ inferiores, (nescio an excusabili satis consilio) omisit A. Thuanus lib. 128. p. m. 981. in Anno 1602. Non certè omittendas censuit Victorius Sirlus in suo Mercurio cum in similem casum incideret, hoc est confrontationem Hentici Defiati, Domini de Cinqmars, cum Francisco Augusto Thuano 12. Septembr. 1642. factam, describeret, his planè verbis: il D' Effiat confrontato col detto Signor di Thu; Il giuramento da quelli prima pigliato, di dire la verità: (1) Si se sono conosciuti; (2) Avvertito il detto Signor di Thu, di dare l' eccezioni ed opposizioni, se alcuna n' ha- vesse contro il detto Signor di cinq mars, conformel' ordinario? Ha detto; che non ha che opporre; E che credeva che 'l detto Sigr. di cinq Mars non avesse detto se non la verità, come un huomo da bene (3) La lettura fatta de gl' interrogatorii e risposte del detto Signor di Cinq Mars alla presenza del detto Signor di Thu, glielle ha mantenute veraci da faccia à faccia: E del detto Signor di Thu è stato detto; esser vero, &c. *Et quæ ibidem porro ad morem præceos Gallicana instituta referuntur: Quæ similiter in nostris iudiciis, ac diligentius ad eò observari, optandum sanè foret.* Nec prætermittenda examinis & confrontationis clausula: postquam enim Thuanus expressisset, sive declarasset, se non habere amplius quod dicat, nec quod proponat contra responsiones prænominati Domini Grandis in suo interrogatorio: prælecta ipsis fuêre contenta præsentis sive præhabitæ confrontationis; in qua perstiterunt eam- que simul subscripserunt. *Hactenus Victorius.*

12. Et hæc quidem procedendi ratio sine magna contradictione transmitti hæctenus solet; Si compositus cum altero, vinci se per ipsam confrontationem patiat: Uti Bironio & Thuano accidisse, modò intelleximus; Enimverò si reus denunciatus con-



stanter factum neget ; An correus crimen jam confessus veritatem depositionis suæ atque assertionis per tormenta sustinere seu confirmare : & denunciatus itidem torqueri debeat , ut delata & denunciata fateatur ? Non vacat controversiâ. Damhuderus equidem , *in loco allegato* , utrumque affirmat : Neque justas contradictionis causas posterior pars assertionis patitur. Si enim denunciatus in negando , etiam post confrontationem perleveret , & nulla alia convincendi eum ratio superpetat ; iudiciis aliis concurrentibus , non negabimus torturam adhiberi posse. *v. Wesemb. in parat. de quest. num. 5. & seqq.* Quod autem ex adverso etiam denunciati socio torturam plerique injungunt , non omni ut dixi , scrupulo vacat. Rationes Affirmantium hæ sunt : Cum correus denunciatus , propter crimen jam confessum , inhabilis fiat ad testimonium ferendum , inquit , eoque denunciatio sola parum momenti obtineat ; uti Nepos de Monte Albano *in tr. de testibus. num. 69.* Et Jacob Ægid. *in tr. de reprob. test. num. 16.* aliique tradunt ; non sufficere videtur simplex confrontatio , sive productio in faciem , & commissio cum reo : sed requiritur , ut contra negantem denunciatum , robur ille depositioni suæ addat , per torturam. *Boss. de indic. & considerat. ant. tort. num. 151.* Ambrosinus sæpe laudato *cap. 9. n. 11.* qui & modum ulterius procedendi describit : nempe ut correus iste denunciatus , prævio iterum decreto Judicis , spoliatus , ligatus & funi applicatus antequam in alcum eleveretur , monendus sit , ut in tormentis denuò fateatur & offerat , quod antea enuntiaverit : Quo facto elevandus & extendendus sit , donec clamet & vociferetur :

Ohime ! Ohime ! O. S. Maria di Loreto , io ho detto la verità :

Tum verò correum (denunciatum) admonendum esse , ut aures animumque advertat & percipiat , quemadmodum denunciatus depositionem & denunciationem suam in tormentis sustineat ; ideoque necessum fore , ut veritatem tandem & ipse profiteatur. Quo in negatione perseverante ; Judicem jussurum correum de tortura deponi , disligari (sic illi loquuntur ; pro exsolvi laqueis & nexibus) brachia reponi & in suum locum , utrumque reduci : Atque
ira exa-



ita examen finiri. Consentit Bocerus de tortura cap. 3. num. 50. pag. 219. Scribens, communem hanc esse Carerii, Menochii & aliorum sententiam, quod reo convicto confessioq; de criminum participibus asserenti, sine tortura credendum non sit. Adducunt amplius pro fundanda sua intentione *can. illi qui. 4. caus. 5. quest. 5. ibi*: Replicanda est sollicitè veritas, quam spontè prolata in illis vox habere non potest: Hanc diversis cruciatibus è latebris suis religiosus tortor debet exigere, ut, cum pœnis corpora subjiciuntur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Itemque *Can. imprimis 7. circa fin. verb. corporali discussione. causa. 2. quest. 1. Ernest. Cothman. 2. consil. 90. pag. 268. num. 13. & 18. Mascardum, Farinacium & alios, uti d. thes. 10. in hanc rem adducit Johan. Petrus Schön/ Cam. Imp. Advocatus, apud Klockium d. Consil. 195, n. 99. & 100. Add. M. Anton. Peregrin. Vol. 2. consil. 2. num. 157. ubi tradit: Reum de se confessum debere in præsentia nominati torqueri, & cum juramento asserere, sic esse, & confirmare nominationem: Alias eum nihil operari. Eoque etiam collimare videtur. Die Beyerische Malefiz-Process Ordnung/part. 4. tit. 4. artic. 2. ibi: Die confrontation geschieht entweder; daß man die complices, welche in einer Ubelthat gesellen/ und zugleich verhaftet seind/ einander vnter die Augen stellet/ wann nemlich einer allbereits die That bekennet/ auch die Benambfung des Gesellens oder Helfers mit der Tortur bestättiget hat.*

13. Quicquid sit: Negari tamen non potest, sententiam istam nimis duram & multis juris rationibus parum convenientem apparere. Initio enim constat, regulam juris reclamare, nec permittere, ut is qui de se confessus est, in caput aliorum torqueatur: quæ verba sunt *l. repeti. 16. §. 1. de question. l. ult. C. de accus. l. quoniam 11. C. de testib. quæ regula canonisata est in cap. 1. de Confess. & can. nemini caus. 25. quest. 3. cap. veniens. 10. Extr. de testibus. Atqui hoc casu torqueretur in caput aliorum! Nec juvabit dicere. Hunc casum diversum esse, siquidem loquamur de socio non dissimulante, sed edente, & prodente criminum socios: Nimirum ratio prohibitionis utriusque casui communis est: nempe quia timendum est, ne facile alios oneret, qui facile de se est confessus, *Paulus*
1. sen.*

*l. sent. 12. §. ult. sive quod eodem recidit, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit. d. l. ult. C. de accusat. C. l. A. ad L. Cornel. de Sicar. th. 20. num. 7. Accedunt rationes aliæ; Quod nempe persona de se confessa sit infamis: Infamis autem non faciat fidem Menoch. 2. de A. l. Q. casu 474 num. 18. Atqui nullus actus interponi frustra debet, nec tentari quicquam temerè, quod tentatum non valeret. l. aliquando. 13. §. ult. ad SC. Vellei. l. 33. de hered. instit. l. cum heres §. 2. §. 1. de acquir. heredit. *Surdus decis. 184. n. 8.* Quomodo etiam non permittitur ut quis vexetur editione parum profutura l. si quis. 6. §. exigatur 2. de edendo. Decian. 4. consil. 43. n. 28. *Merckelb. apud Klockium 1. Consil. 6. num. 124.* Adeoque si talis de se confessus, nullum deinceps fidem per se meretur, per d. cap. veniens. 10. Extr. de testibus. Ubi dicitur nulli de se confesso adversus alium ejusdem criminis socium sive participem credendum esse. Non sublevabitur ejus fides coactione per tormentum arg. l. 3. §. Lege Julia 5. de testibus. cap. præterea. De Testib. cogend. Godefridus à Bavo, in praxi Criminali §. procurator. §. 5. Accedit alia ratio n. 33. Nec quidquam ponderis addere potest coactio, confessioni: Cum metus & violentia consensui potius obstant, quam ut eum constituent. *Can. 1. pr. caus. 15. quest. 1. l. si quis major 41. ibi nullo cogente imperio C. de transact.* Est enim voluntas animi motus ultionis nemine cogente l. 1. §. sed si existant. C. de nat. lib. l. novissime 7. ibi: *quid si compulsus aut metuens ne compelleretur. Quod falso tut. autore gestum esse dicitur. Sturcius ad L. velle 4. de reg. jur. num. 4. & seq.* Nec sublevar. *Id. quod voluntas coacta etiam voluntas dicatur in l. si mulier 21. §. si metu coactus 5. ibi: tamen coactus voluit. Quod metus causa.* Idem de mixtis actionibus obtinet, ubi per deprecationem majoris mali s. ad avertendum majus malum, quis minus eligit, unde etiam voluntas s. volitio ista revera spontanea non est; Sed qualificata. *Decius in d. l. velle. num. 6. de Reg. jur.* Adeoque hæc sententia ad præsentem quæstionem nequit accommodari. Quin imo ita futurum est, ut socios non facile Malefici nominent, si noverint, nominationem talem torturâ fortè iteratâ sustinendam & confirmandam esse: *Das die Aussage mit außstehung der Tortur müsse erhärtet werden. Facit. l. ex libero. 15. & l. unius 18. §. testes.**

testes. 3. de quæstionibus. Quibus locis dicitur: non debere ex libero homine, pro testimonio non vacillante, quæstionem haberi nisi cum facto intervenisse dicatur, & neget se intervenisse vel vacillet. Et hac forte de causa Dn. Carpzovius torturæ in isto confrontationis articulo non meminit, *part. 3. quæst. 114. num. 177. nec in Peinl. S. inquisition. process. tit. 7. art. 4.*

14. Superest ut ad loca opposita succinctè respondeamus. Et primò quidem *Can. ille qui. 4. causa. 5. quæst. 5.* loquitur in specie de hominibus suspectis vel propter hæresin, vel propter inimicitiam, quod illis non temerè credendum sit, si *Episcopos* de criminibus accusent: Quia enim veritatem, professionis infidelitas & inimicitia impedire solet, ideo ipsis credendum non est: nec ex sola accusatione Episcopus condemnandus: sed per omnia remedia exquirenda est veritas, si maximè etiam corpora torturæ subjici debeant. Adde quod nec illud directè dicatur; ipsos accusatores torturæ debere subjici: sed in genere cruciatibus esse veritatem eruendam; quibus verbis & servi & cætera viliora ministeria possunt intelligi. *arg. l. 1. §. 1. juncto §. 4. de quæstion.* nempe si causa & delictum singulare sit. *l. 9. §. ex quibus causis. 1. §. 1. 10. §. 1. dict. tit.* Cum regulariter servus in caput domini torquendus non sit *d. l. 1. §. 5. & 6.* per rationem quæ indicatur *in l. unius. 18. §. servus §. d. t.* Quod porrò attinet *can. imprimis. 7. caus. 2. quæst. 1.* ubi dicitur; vilissimis testibus sine corporali discussione credendum non esse: Id eam tantum habet sententiam, quã locus, ad quem Gregorius digitum intendit, continet, *in l. ob carmen. 21. §. si ea. 2. de testibus.* Nempe si (1) ea sit negotii qualitas, ut in defectum omnium aliarum probationum, aut personarum fide dignarum, harenarium testem (i. e. ejusmodi vilissimam personam, & planè parabolanam, quæ se in arenam ad depugnandum cum bestiis solet projicere) admittere cogamur, sine tormentis testimonio ejus credendum non esse. At hoc loco non agimus de teste; Sed de complice & socio criminis jam confesso: Unde à separatis malè infertur. Graviter etiam obloquitur sententiæ nostræ *l. qui ultimo. 29. de pœnis.* Ubi dicitur: Sæpe ideo servari reos post denunciationem, ut ex his in alios quæstio habeatur. De cujus loci per varias interpretationes cor-

H

rupti



rupti sententia, ut suo tempore locoque uberius sumus dicturi, ita ad præsens thema notasse id sufficiat: Loqui nos de correo seu complice jam confesso; Sed d. l. 29. de reo in locios interrogando: Quos si ultrò prodere nolit, & in ea obstinatione perseveret: non detrectamus quin aliis adminiculantibus, veluti si præsens fuisse convincatur, d. l. 18. §. 3. de question. torturæ possit subjici; Conf. l. 6. de custod. & exhib. reorum. Quemadmodum etiam communem sententiam facile eo casu admittimus, si socius ille denunciatus variet, aut sibi contrarius existat: tum enim tanquam ex nova causa quæstio facilius fortè excusari potest. d. l. ex libero. 15. de questionibus. cum aliis Besold. volum. 5. consil. 200. p. 15. n. 5. & 6.

15. Et hæc quidem de denunciante correo: sive ubi reus jam de se confessus, alium ut correum criminis denunciaverit: Extra correatum autem si quis alterius crimen denunciet & denunciatus id in faciem denunciantis neget; An tum denunciatus delationem suam torturæ patientiâ firmare debeat? consideremus. Enimverò varias, quibus scelera detegantur formulas Dd. annotarunt: Accusationem, inquisitionem, denunciationem, Exceptionem, postulationem. Perez. in prælect. C. de accusat. n. 1. Quam rectè se ista habeant in continuatione racemationum Criminal. aperiemus: Nunc traditis istis, ut postulatis Dd. utemur. Et inquisitio quidem cum per ipsum magistratum fiat, ad hanc disputationem sive disquisitionem non pertinet: De Exceptione, videmus jam dixisse. Appellant enim exceptionem, cum quis objectum crimen excipiendo retorquet in alium magis sui defendendi quàm vindicandi causa. Quæ res in speciem denunciationis, ut sic dicam, correalis seu mutuz incidit. Postulationem autem Dd. dicunt, quæ civilem potius actionem & modestam querimoniam contineat, quam criminalem accusationem. Quo pacto sibi cavere denunciatus videtur, ne vincula aut quæstiones subeat. Superest ergo Accusator & denunciator in specie dictus. Et sanè cum quis per denunciationem crimen alteri objicit, non tenetur vinculum inscriptionis arripere l. 7. C. de Accusat. quia correctionem potius & emendationem persequitur, quam vindictam; inquit Perez. ad d. tit. C. de accusat. num. 2. Enimverò diligenter discernendum arbitror, an quis cri-

men.

men nunciet ex officii necessitate; an præter officii necessitatem. Officii necessitate olim crimina nuntiabant Apparitores Præsidum, itemque Milites stationarii, *d. l. 7. & 14. C. de accusat.* qui licet non tenerentur inscribere in crimen; tenebantur tamen adfistere suis notoriis i. e. notificationibus s. relationibus *l. Ab accusatione 6. §. nuntiatores 3. Ad SC. Turpill.* Ubi ut hoc obiter dicam, Vossius vocabulum Notorii adjectivè accipiendum esse putat, pro manifesto, *lib. 3. de vitiis sermon. cap. 29. pag. 521.* Sed labitur insignis Criticus: Nam vox Notariarum & Notoriarum ibi substantivè accipienda est; denotat enim tabulas s. Epistolas quibus nuntiatores illi Principi aut Præsidi crimina denunciabant. Alio nomine vocabantur elogia, *v. L. D. Hadrianus. 6. de custodia & exhib. reor. & relationes l. 14. C. de accusat.* Dicebantur autem Notoriæ & Notariæ à notis quibus consignabantur: brevibus enim notis seu compendiis, de criminibus in provincia commissis nuntiationes fiebant *v. Cujac. in recit. C. de accusat. sub f. conf. Briffon. Lexic. verb. notorium & verb. elogium. vers. hoc amplius. pag. 177. B. ubi usque forensi informationes dici adnotat l. 6. de custod. & exhibit. reorum. Ex quo. more suo, D Gothof. ad l. 7. C. de Accusat. lit. C. malè itidem, vocem notorii, adjectivè in d. l. 6. §. 3. interpretatus est.* Sensus ergo est: Nuntiatores h. e. emissarios & speculatores aut internuntios publicè constitutos, ut facinorosos per notoria h. e. per id genus informationes, notificationes aut denuntiationes indicent, licet citra calumniæ metum accusent *d. l. 7. C. de Accusat.* Deberet tamen adfistere suis indicis, & ea quæ attulerint notoria, interim tueri, dum quæstio de crimine habeatur. *v. Alciatum lib. 1. de Verb. sign. pag. 21. Ubi nuntiatorum partes hodie expleri ait, per Syndicos s. scultetos pagorum. conf. Coras. 1. miscell. 6. num. 6. Adrian. Turneb. 15. advers. cap. 20.* Ultra eos fidiculis ad veritatem enunciandam coactos fuisse non legimus: nec cogendos esse arbitramur, quos publici maneris ratio & necessitas sublevat: Nec statim calumniari videtur, qui non probat, quod intendit. *l. 1. §. 3. ad SC. Turpill.* Quanquam enim inquisitio veritatis etiam hoc casu commendetur Magistratibus, iique vetentur nuntiatoribus & elogiis statim credere. *d. l. 7. & 14. C. de Accusat.* Cum aliqui non optimâ fide scri-

Q.



bant elogia, *d. l. 6. de custod. & exhib. reor.* non tamen præter & ultra
 adfidentiam, aliquid ab his exigi reperias : Utcunq̄ue D. Gothofr.
ad d. l. 7. scribat : Nuntiatores non minus periculi subire, atq̄ue
 ipsos accusatores : Id enim ad nuntiatores & delatores privatos
 pertinet *l. libellorum 3. vers. & generaliter. ibi : generaliter præcipitur
 omnibus, qui reum aliquem deferunt. de Accusationibus.* Nempe
 nisi diligenter sibi caveant, protestando, se publici tantum boni
 causa deferre crimen, ut inquisitio de super instituatur. Aliud enim
 est nomen criminis aut scelerati solenniter per libellum deferre
l. un. §. sexaginta. Ad L. Jul. de adult. Aliud bono animo ad inqui-
 rendum nunciare; quod neicio an verbo postulandi & postulatio-
 nis rectè Perezius efferat, & designet. Ergo solus accusator post-
 quam reus confrontatus crimen negavit periculum subit & vin-
 culorum & similitudinis supplicii *l. ult. C. de Accusat.* Nec tamen
 facilè ad torturam deventum fuisse, probat processus *l. 3. §. 3. vers.
 quod crimina. De Testibus.*

16. Superest ex ordine thes. 6. & alibi delineato, ut de testibus
 in hoc confrontationis negotio occurrentibus, utrum iidem etiam
 torturæ subjici aliquando possint, videamus, nempe si illorū depo-
 sitiones in faciem rei denuntiatas, ille improbo ore pernegaverit.
 Besoldus in thesauro suo practico verb. peinliche Frage *1. vers. rectè
 etiam hodie fit pag. 691. (in nova edit.)* Rectè hodie fieri scribit
 quod testes non amplius ut olim torqueantur : Nisi varii sint, vel
 vacillantes, vel negent se interfuisse negotio, cui eos interfuisse
 constat. Atqui hoc non est novi juris, sed ipsius veteris juris pru-
 dentia; : Ita enim Paulus in *l. unius. 18. §. testes 3. de questionibus.*
 Initio regulam ponit : Non esse scilicet torquendos testes, con-
 vincendi mendacii aut veritatis (subaudi eruendæ) gratia. Subji-
 cit exceptionem : nisi cum facto intervenisse dicuntur. Quod re-
 ctè Besoldus explicat de casu, quo interfuisse convincuntur, cum
 id negassent : post Bartol. Farinac. *quæst. 35. num. 130.* Aliam exce-
 ptionem à Besoldo priore loco relatam, eliciunt Dd. *ex l. 15. eod.
 tit.* Ex libero scilicet homine pro testimonio quæstionem non ha-
 bendam esse; nisi vacillet : h. e. nisi inconstantia, contradictionis
 aut mendacii arguatur. *Wesemb. de quæstion. num. 10. Et ex eo, ut
 affolet.*

assolet, Zæf. ibid. num. 53. Aliter si diceremus, nemo facile ad resti-
 ficandum accederet, & sæpe à profligati pudoris hominibus inno-
 centes affligerentur *l. ult. C. de Accusat.* Adde quod ratio Dd. quam
 in socio denuntiante adferunt, quod propter confessionem delicti
 de se factam jam sit infamis redditus. *Chilian. König / in processu*
sub tit. de Exceptione contra testes. p. 411. & quæ aliæ supra th. 12. ad-
 ductæ sunt, ferè in testibus cessent: Adeoque eorum saluti tanto
 magis prospici conveniat. Exemplum proponemus ex historia
 istorum temporum: quod inter alia retulit Author Mercurii Gal-
 lici de examine Momorantii. *Tom. 18. Anno 1632. pag. 821. & seqq.*
 Præmittit (quod nobis prætermittendum non est, cum forma
 procedendi etiam in hoc ipso exemplo plenius declaratur) Com-
 missarios regios reum ad solita capita exegisse & examinasse: Quod
 sc. ipsi nomen sit? Quæ ætas? Nunquid Uxoratus esset? Quæ
 ipsius sit conditio? Quæ causa capturæ? Ad hæc Reum respon-
 disse: Utcunq̃ue examinatores non sint Judices ipsius proprii,
 cum ipse Dux sit & par Franciæ; Nihilominus cum respondendi
 necessitas sibi à Rege injuncta sit, se ad singula responsurum hoc
 modo: Appellari se Henricum Momorantium Ducem & parem
 Franciæ & filium iusticum (Filleul) defuncti Regis: Causam
 capturæ esse quod deprehensus sit arma gestasse contra suum Prin-
 cipem: De quo valdè doleat. Subjicitur deinde: Altera die con-
 venisse Commissarios in curia Civitatis ad testes cum reo commit-
 tendos (Le Lendemain les Commissaires retournerent à l'Hostel
 de la ville, pour la confrontation des tesmoins) præcipuè autem
 interrogatum fuisse Reum; Nunquid deliberationem statuum
 Languedociæ die 22. peractam signasset: In qua Regii fratris prote-
 ctionem confœderati implorassent; Eiq̃ue in eam rem pecuniæ
 collationem fuissent polliciti: Hoc interrogatorium Reum per-
 negasse: Itaque convincendi ejus causa commissum cum ipso
 fuisse scribam s. Secretarium Ordinum, Guilleminetum. Qui cum
 Reo signaturam sive signum annuli in faciem ostendisset (Le
 Greffier luy ayant esté confronté & sa signature représenté) Mo-
 morantium vehementer excanduisse, dicendo: Scribam esse
 falsarium, & signum ipsius per fallaciam supposuisse. *pag. 823.* E-

nimverò postquam elapso uno vel altero die animadvertisset; supplicium mortis sibi omnino subeundum esse : Cum jam eò deduceretur, rogasse Judices, ut reduceretur in Cameram : Ibiq̄e confessum fuisse, quod superioribus diebus per *inimiam* iræ vehementiam injuriam Guillimetto fecerit ; Esse enim hominem probum : se verò Unionem revera ipsum signasse &c. pag. 835. Quod si jam bonus iste Secretarius veritatis explorandæ causâ tormentis subjectus fuisset : Utrique magna cum injuria, per juris subtilitatem, tam acerbam & asperam vexationem subiisset.

[De interpretatione & sententia l. 32. §. 1. de LL.]

17. Sed hæc usus & stylus fori plenius docebit : Neque latius vagabitur etiam hac in parte observantia, quam judicium populi, i. e. Principis & Civium eam recepisse probabitur l. 32. §. 1. de LL. Neque enim vel leges scriptæ alia ex causa nos tenent, quam quod judicio populi receptæ sunt, i. e. consuetudine approbatæ, Cujac. in recit. C. Quæ sit longa consuetudo. Consuetudo enim à consuetudinibus iisdem & pluribus factis populi in eadem causa nomen sumpsisse videtur, Cujac. ad d. l. 32. pr. Quomodo etiam Arist. 2. Polit. cap. 8 f. ὁ νόμος ἰσχύει ἐδουλεύει πρὸς τὸ πείθεσθαι καὶ τὸ ἐδουλεύει. Lex nullam vim habet ad impellendum homines, ut sibi caveant, nisi hoc acceperit ex consuetudine. Scio Viros doctos illam Juliani sententiam in statu Monarchico non ferre : Ubi demum quod Principi placet legis habet vigorem, l. 1. §. 1. C. de LL. Sic enim Corasius in comment. ad d. l. 32. num. 12. Putat Julianum in d. l. 32. §. 1. loqui de veteri Reip. statu ; quo populus nondum in Principem jus Imperii transtulerat. Quam traditionem amplectitur etiam Vinnius in §. sine scripto, 9. l. de l. N. G. & C. num. 2. Præterea Jacobus Schultæ/Eumque sequutus Dn. Carpzov. 2. decis. 201. Alii : Nec desunt aliquæ sic arbitrandi causæ : Dicere enim possunt ex l. 8. C. de LL. in statu Monarchico Principem non populi sed optimatum s. Patritiorum suffragiis uti : Quod si verò in hoc statu, populi suffragia requiras : in multis sanè hærebit Princeps, maximè in tributis colligendis : Atque sic vis & arcanum Imperii dissolvetur : Quorum utrumque in potestate leges ferendi & perferendi consistit : per not. ad pr. proæm. Instit. Adeoque sincero Imperantis ; non corrupto populi judicio relinquendum est. l. 2. §. 21. in f. C. de Vet.

Pet. jur. enucl. A. Barbosa in collectan. Dd. ad can. 3. dist. 4. num. 6. pag. 23. Ac ea fortè de causa auctores Basilicor. in recensione hujus l. 32. hanc Cl. & particulam, vers. Nam cum ipsa leges: planè omiserunt. lib 2. Basilicor. tit. 1. cap. 41. p. 31.

18. Ex adverso Juliani sententiam etiamnum hodie in introducenda consuetudine vel observantia obtinere tradit Cujac. in Juliano ad d. l. 32. §. 1. Siquidem Aristoteles ipse omnem vim legibus mutuetur ab usu populi; quemadmodum & eadem leges per usum contrarium abrogentur l. 1. de interrog. in jure faciend. l. un. §. 1. C. de caduc. tollend. §. sed illa. l. de testam. ordinand. Quomodo etiam Gellius lib. 11. N. A. C. ult. Leges abrogari ait, non tantum decreto jussuque, sed etiam tacito illiteratoque consensu. Quam sententiam & Theologi nonnulli probant, & inter eos D. Lutherus Qui, in der Antwort auff Cajetani fragen/ Ann. 1518. pag. 114. tom. 1. B. inter alia hæc habet: Es ist eine Regul, daß denn ein Gesetz kräftig sey/ wanns von denen bestättiget wird / die sich darnach richten vnd halten sollen. Conf. Calixt. Theolog. moral. pag. 78. Navarr. in manual. cap. 23. num. 41. Armill. in summar. verbo. Lex. N. 11.

19. Enimverò quia (1) Salvius Julianus in statu Monarchico vixit & scripsit; (2) Nec commentationes suas ad jura vetera, quæ in statu populari obtinebant, (uti quidam discipulis suis perluadent) sed ad præsentem Reip. statum direxit: ut ex ipso sermonis genere, figura, & ordine constat: Quia etiam (3) ipse quoque Justinianus hanc nobis sententiam in statu Monarchico denuò ut suam inculcavit; v. l. 1. §. 6. ibi: *Omnia enim meritò nostra facsimas. Et l. 2. §. 10. ibi: quicquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum.* C. de V. l. E. can. si Apostolicæ. 22. de præbend. in 6. Et (4) nominatim ad observantiam Urbis Romæ nos remisit: locis supra thes. 18. adductis: Et (5) hanc ipsam legem Juliani collaudando in l. 1. §. 20. vers. secundum Salvii Juliani scripturam, quæ indicat: *Debere omnes Civitates consuetudinem* (in §. ult. 7. de satisd. appellavit observantiam) Romæ sequi. C. de vet. jur. enucl. Quia denique (6) legem usu non approbatam iteratâ commendatione opus habere censet in Novel. 4. De fidejussoribus. præfat. l. 3. §. 1. C. de Episcop. & cleric. Conf. R. 7. de Anno 1555. pag. 396. princip.

princip. Dicemus: Juris Autores non loqui de Legislatore Tyranno; sed de bono Principe. Ut enim bonus paterf. benignè admodum cum sua familia agit, exploratque quæ præcepta ipsorum infirmitas ferat necne: Ita & bonus Princeps indulgenter populum habet, nec nimis amarè ipsi imperat. Qua de re latè post Arist. agunt ejus interpretes *ad 3. polit. 10. Arnif. lib. 2. relect. polit. cap. 6. Sect. 3. num. 5. Geilfus. exercit. polit. 3. thes. 3.* Aliique rerum politicarum callentissimi, Inter arcana non tantum Ministris, sed & Magistratibus ipsis instillant, suadentque artem obsequio & indulgentia grassandi: Inducti monito magni gerendæ Reipubl. Magistri Plutarchi, qui sub initium vitæ Phocionis, argumento ab obliqua solis circuitione ducto: Rectus nimis, inquit, & ubique subditorum sententiæ repugnans tenor, durus est & inhumanus: Rursusque ad perniciem proclive est, per omnia, & unà cum peccantibus abripisse pati. Quæ verò & morem aliquando gerit potentibus & gratificatur aliquid, gratiamque rursus commodi publici causa reposcere novit, gubernatio hominum; Multis rebus placidè atque utiliter, si non pro imperio omnia exsequi cogantur, subservientium; Ea demum salutaris est, majestatem habens cum mansuetudine conjunctam. Ex hoc prudentiæ fonte fluxit illud Theodahadi Regis apud Cassiodorum l. 10. 17. Licet culmini nostro videretur incongruum, libenter acquievimus facere, quod generalitatem (le peuple) probamus optasse. Quid quod aliqui ex nostris etiam Canonists statuere ausi sunt: Principem censei ab initio statim leges condere & statuere sub hac conditione: Si statuta moribus utentium convenient & recipiantur. Wann sichs thun läst. *Felinus in cap. treugas. 1. num. 12. Extra. De treuga & pace. Navarr. & Armill. dd. locis.* Possunt enim subditi legislationem novam ob plures causas, utcunq; ea solenniter promulgata sit, detrectare aut deprecari, *per can. in istis. §. leges. dist. 3. post Sylvestrum & alios Fridericus Martini de Censibus. cap. 4. num. 76. pag. 153.* Et sane si Principem justum supponamus, penè necessariò monitum hoc admittere cogimur. Duo enim sunt fundamenta justitiæ, ut *Cic. 1. offic. scribit*: primum ut ne cui noceamus; deinde ut communi utilitati serviamus: quia & officia justitiæ pertinent ad hominum

minum

minum utilitatem. Bonus Princeps, inquit Plato *lib. 5. Polit.* non quod sibi expedit; sed quod subditis utile est, quærere & prope modum capere debet. Eoque sensu idem jus & justitiam ἀγαθὸν ἀλλότριον, bonum alienum, dicit. v. P. Fabrum *ad l. 1. de just. & jur. pag. m. 23.* Ubi etiam Ammiani Marcellini locum laudat, qui *lib. 30. tradit*: Finem justæ imperii, ex doctrina sapientum, estimari salutem ac utilitatem obedientium. Ad eandem regulam Justinianus Imp. *in l. un. §. hac enim omnia. 14. C. de caduc. tollend.* nec Augustum, inquit, privilegium exercemus; sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei nostræ privatæ præferendum esse, censemus: Subjectorum commodum, nostrum proprium esse, Imperialiter (βασιλικῶς in morem boni & justæ Regis) existimantes. *Add. Edict. Justin. post Novel. 8. §. Quantam. ibi: omnem pro vestra utilitate perferimus laborem.* Eleganter in hanc sententiam Imper. Leo. *Novell. 59. sub tit. Abrogatio legis*: Leges inquit, id oportet esse Civibus (NB.) quod pater filiis, ut in hoc unum, quod illis conducat ac salutare sit, colliment. Quemadmodum Cyrus apud Xenophontem: Eadem Regem, quæ bonum Pastorem facere dicebat. *Henric. Stephani in præfat. Herodiani.* Videant ergo (liceat hoc nobis obiter adjicere) quanto opere in præcepta non tantum justitiæ, sed ipsius prudentiæ peccent, qui hodie Principibus nihil aliud inculcant, quam rationem status, h. e. interesse & utilitatem propriam & Equidem Horatius olim etiam ita censebat, Illo versiculo: Est ipsa utilitas justæ prope mater & æqui: Nempe apud Epicuræos, ex quorum familia etiam erat Horatius, inquit *Cujac. in l. omnes populi. 9. de just. & jur.* Et ex eo etiam grege ferè sunt, pagani isti Consiliarii. *Cujac. d. loc. Quicquid aliam mentem Epicuro suo affingat P. Gassendus in Syntagm. Philosoph. Epicuri. part. 3. tit. XI pag. 443.*

20. Sed ut è diverticulo in viam redeamus: Concedendū non minus est populi voluntati in observantia & consuetudine, quam boni Imp. in ipsis legibus recipiendis illi indulgent. Exemplum hoc unum adjiciamus ex Suetonio, *in Augusto. cap. 36.* Ubi cum memorasset, Augustum inter cæteras etiam tulisse legem de maritandis ordinibus: Subjicit: Hanc cum aliquanto quam

I

cæteras.



cæteras severius emendasset ; præ tumultu recusantium perferre non potuisse, nisi ademptâ demum lenitâve parte pœnatum, & vacatione triennii datâ, auctisquæ præmiis: Alterum v. ap. Gellium 10. *N. A. cap. 19.* ubi scribit ; Institutum esse contra 12. tabb. tacito consensu, ut litigantes non amplius in jure apud Prætorem manum confererent. *Vid. Jacob. Gotofr. ad tab. 6. pag. 107.* Exempla alia etiâ ex modernis constitutionibus de ea quæ *interim* vocatur ; & de Reformat. polit. alibi retulimus. Sic ergo observantia & in judicio & extra judicium plurimum etiam valebit. De quibus enim causis scriptis legibus non utimur, *inquit iterum Julianus in l. 32. pr.* (vel quod idem est, de quibus causis nullas scriptas leges habemus, ut de isto confrontationis articulo, *Cujac. in Juliano ad d. l. 32.*) id custodiri (1) oportet, quod moribus & consuetudine inductum est ; Exemplo *l. si sine herede 32. §. Lucius Titius. 6. ibi ; morem hunc & consuetudinem semper observatam. De admin. & pericul. Tut. l. 3. C. de adif. privat. l. 3. §. ult. de Testibus. l. 1. de Usur.* Et si qua in re hæc deficiat, tunc (2) quod proximum & consequens ei est ; (Quid hoc rei ? Glossa & veteres plerique hic obmutescunt ; Doleo doctissimos Viros, qui nobis commentarios tales in digesta promittunt, qui præcipuas difficultates explanent & controversias componant, hos nodos plerosque prætermittere, quos tamen Cujac. etiam sua cura dignos censuit ; Qui in suo Juliano in d. l. 32. In subjecto quidem ; Intelligit causas novas s. de de novo emergentes ; in prædicato verò, post relatam & rejectam Græcorum opinionem, (qui τὸ ζητούμενον, in Basilicis subaudiunt, sive rem de qua quæritur ;) potius intelligendum esse putat, id quod legi aut consuetudini in similibus causis proximum & consequens est ; ut primis quibusque proxima copulentur. *juxta l. 18. §. quod si abenim. De instruct. vel instrum. legat.* Similiter quod apud Quinzilianum traditur *Declamat. 350.* Ubi nulla lex sceleri propriè constituta est, tunc proximâ utendum esse ; accipit de lege, de simili crimine loquente. Sic enim *declamat. 351.* apertius & signanter loquitur ; proximo jure utendum, i. e. similitudine quâdam & exemplo legis. Dicam clarius, *ex l. 2. §. 5. de aq. & aq. plu. arcend.* Et si jus deficiat alicubi, scriptum nempe aut usitatum ; Tamen non deficit

deficit æquitas, i. e. juris ratio : Sic enim æquitatis vocabulum sumitur in l. 1. si is qui testam. lib. 3 alibi : Sensus ergo est : deficiente lege aut consuetudine in nova aliqua specie, recurrendam esse ad legem vel consuetudinem ; quæ de simili specie, caveat. l. ideo 27. de LL. Nam ut idem Julianus jam lib. 15. D. suorum dixerat : Non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus aut SCRIS comprehendi : Sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui Jurisdictioni præest, ad similia procedere & ita jus dicere debet. l. 12. de LL. Et ut Pædus ait : quoties lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera quæ ad eandem utilitatem tendunt, vel interpretatione vel certè jurisdictione suppleri. l. 13. d. 1. Gradationem hanc ostendit etiam Tertullianus lib. de corona Militis. Consuetudo, inquit, in civilibus rebus pro legibus suscipitur, cum lex deficit : Nec differt, scripturâ an ratione jus consistat : quoniam & legum ratio quædam non scripturâ constat. Porro, si lex ratione constat : Lex erit id omne quod ratione constiterit : (Quæ verba sua fecit can. consuetudo 5. dist. 1.) Sequitur apud Julianum. Sine id quidem apparet, tunc (3) jus quo Urbs Roma utitur servari oportet. Quam Salvii Juliani sententiam, uti d. th. 19. Justinianus in l. 1. §. 10. C. de V. I. E. referens, utitur verbo cōsuetudinis : sed in §. ult. J. de satisfat. Verbo observantia. Conf. part. 1. thes. 18 Eam autem sententiam, ut pleraque alia, ineptè impugnat lividus & imperitus Juris Romani Censor, Bernhardus Autumnus in collatione sua juris Gallici ad Romanum : primū quod Justinianus in l. 1. §. 20. C. de V. I. E. omiserit consuetudinem vicinæ, quam tamen Julianus hic interjunxit : Il faut suivre ce qui est ordonné par la coutume prochaine. Ex quo Gronewegen. de LL. abrogatis ad d. l. 32. notat : Hodie non observantiam Urbis Romæ, sed vicinarum regionum sequi nos oportere. Cum de vicina consuetudine nec Juliano quidquam in mentem venerit : Certè sub eo quod proximum & consequens est, non contineatur. Longè ineptius Justiniano & Juliano contrarium sive adversarium constituit & fingit Proculum in l. sed licet. 12. de officio Præsidis. Quasi is plane prohibeat Romanam observantiam respicere : Cum tamen vel ab Accursio discere potuisset, loqui eam legem non de le-



gitima consuetudine vel iusta iudicii observantia; sed de factis iuri contrariis: Inuit enim Præsidem sequi debere leges sibi præscriptas, non prava exempla, sive ut Baldus loquitur, malam prædicam. Equidem, si l. *Nemo. 13. De sentent. & interlocut. excussisset: mentem d. l. 12. de offic. Præs. plenius deprehendisset. Quæ tanquam utilis admonitione de observantia circa confrontationem & torturam adhibenda, hunc locum ob signamus. Conf. quæ in tr. de altero tanto part. 4. artic. ult. §. 12. dicta sunt.*

Aliud re- 21. Enimvero præter torturam, pro formali, vel saltem cir-
quisitum Do- ca formalia, & hoc Dd. nonnulli requirunt; Ut denuntians socius
torale, s. Dd. non tantum torqueatur corpore, sed etiam quoad animum, denuò
Pragmati- adstringatur ad iuramentum veritatis dicendæ; Ita ut aliàs, (i. e.
corum. si repetitio iuramenti omittatur) denuntiatio talis nullum faciat
indicium ad torturam (denuntiati) *Coloniens. apud Ernest. Coshman.*
3. conf. 30. num. 298. per. trad. Farinac. quest. 43. num. 144. Itemque
per communem Dd. theoriam, quod in qualibet repetitione te-
stium opus sit iuramento illorum iterato, per text. in cap. *fraternita-*
tis. 17. inf. & ibi Innocent. num. 1. Hostiens. num. 1. Johan Andree n. 8.
Mynsing. num. 20. de testibus. Licet enim non credatur confessio
de se, etiam juranti, si super proptio facto, denuò interrogaretur:
credi tamè si interrogetur super facto alieno. per *Clar. quest. 21. n. 10.*
Ludov. à Peguera. quest. crim. 5. num. 34. ubi ex Marfilio monet
hoc decretum esse valdè singulare, adeoque mente & memoriâ cu-
stodiendum. Requirit insuper, ut iuramentum hoc præcedat de-
positionem & iteratam torturam, adeò ut non valeat, neque vim
probandi habeat, injurata depositio, quamvis subsequenti iura-
mento confirmetur. l. *jurisjurandi. 9. ibi. priusquam perhibeant te-*
stimonium. C. de testibus. Coloniens. d. l. ubi inter alios adducunt Myn-
sing. in cap. 1. de testibus. num. 12. & censur. 3. observ. 80. Gail. 1. observ.
102. num. 7. Additâ iterùm ratione: quod ante depositionem ju-
rans, præsumatur iuramenti religione moveri, ne falsum dicat:
quâ religione non ita constringatur, si primùm deponat & postea
juret. Summatim ergò Dd. hunc ordinem constituunt: ut (1) so-
cius denuntians s. deferens, depositionem suam de complicibus fa-
ctam sponte, extra torturam confirmet seu ratificet. (2) Deinde
ad purgandam infamiam, atque ut socios magis afficiat, & ad o-
mnem

nam alium bonum effectum, iterum quaestionibus subiciatur, & tum (3) si priori denuntiationi insistat, cum denunciato, confrontetur *Colonenses. d. l. num. 312. ubi num. 313.* concludunt, si ista altera tortura quam specialem vocant, omittatur, denuntiationem nihil valere.

22. Posset quis idem de istis Dd. forte quaerere, quod Cothmannus ipse. 3. *respons. 29. num. 438.* De Directoribus actus Criminalis Ducalibus quaerit: An etiam ipsi si talis casus ipsis accideret, denudè vellent torqueri? Quae enim, non lex dicam, sed ratio tamen hanc iterationem tormentorum & juramentorum desiderat? Utiq; confrontationis non is finis est, ut denunciatus denuo examinetur, & ab eo veritas extorqueatur: Sed ut à denunciato per commissionem istam veritas eruatur: Quod & sine iterato juramento & tormento saepe contrigisse exempla probant. Etenim si juramentum aut tormentum primum non probat, sive si homini de se semel confesso nulla fides habenda, qui illi fidem adstruat vel iterata religio vel quaestio? Concludentes itaque hanc de formalibus confrontationis disputationem, dicimus; si reus semel tortus sit & socium criminis denunciaverit, absq; juramento & tormento illum denunciatio sistendum esse in faciem; ut ex ista compositione vel veritas facti vel circumstantiarum saltem eruatur. Hunc enim confrontationis finem esse, mox dicemus: Enimvero si reus denuntiationem neget, nullam denuntiationi vim & energiam adferet denunciati tormentum vel juramentum: Cum fidem jam ante omnem decoxerit: Sed finis ille obtinendus erit ex accurata omnium gestuum, verborum & motuum observatione: Haec à Notario prudente, fideliter excepta, & in charta conjecta, facile motum judicis informabit ut decernere queat, an denuntiationi huic aliquod fidei momentum tribuere, an denunciatum sistere, in vincula conjicere, torquere, vel planè dimittere debeat, donec alio porro indicis veritas probetur. *Conf. thes. proximè seq.* Quod enim supra dictum fuit, in qualibet repetitione testium opus esse iteratione juramenti: Id (1) de testibus fide dignis vel certe de scelere nondum convictis accipiendum: (2) de capitulis novis, non de his, de quibus antea testes deposuerunt. At facinorosorum &



confessorum longè alia est ratio : Cur ergo non valeat potius melior illa pragmaticorum regula : Quoties metus perjurii subest, toties juramenti exactionem omittendam esse *v. Clarus. § ult. quest. 45. num. 9. Dn. Brunne man. de Inquisit. cap. 8. Sect. 1. num. 77.* Objectionibus cæteris in ipso confidit sumus responsuri : Dignum utique memoratu est, quod ipse Farinacius *quest. 43. num. 144.* fateretur : Postulatum istud originaliter (ita loquitur) esse unius Marfilii : Egregii scilicet conturbandi juris authoris, quem multi alii per inadvertentiam describendo sequuti sunt, ut paginas potius suas, aut oculos, quàm animum eruditorum explerent.

*De fine & usu
instit. Con-
frontationis.*

23. Formæ expositionem ex ordine causarum excipit consideratio finis : Quilicet primus sit in intentione ; unde etiam sæpenumerò cum causa impulsiva concurrat, aut in eam incidit : Est tamen ultimus in executione ; vel etiam dignitatis ordine. *v. Perer. lib. 8. cap. 2.* Possumus autem finem & hic genuinum constituere, ultimum & intermedium. Ultimus est investigatio veritatis : Horsum enim omnes probationum species, ordinariæ & subsidiariæ collimant ; *Wesenb. de probat. num. 10.* adeoque hic tam præclarus finis, rectè movit & impulit prudentes, ut confrontationem inter modos investigandæ veritatis admitterent. *Conf. sup. pag. 15. §. 23.* Ut enim per cæteras probationum species iudicis animus & motus certius instruitur, ut securè sententiam ferat, *Wesenb. d. loc. l. 1. pr. l. 8. 9. de Questionibus. l. 10. 12. 13. C. eod. l. 15. §. 41. de injur. fac. locus Actor. 22. vers. 24. ibi ; Jussit tribunus Paulum duci in castra, edicto, ut in eum flagris inquireretur, ut referret, propter quod crimen sic clamarent adversus eum.* Ita etiam per confrontationem aliquando non parum sublevatur. *Colleg. Jurid. Argent. in tit. de Question. thes. 19. vers. 5. in fin. ibi : Multum momenti investigandæ oculari veritati afferet, compositio illa quam barbari confrontationem vocant.* *Author des Peinl. S. Inquisitioni process. pag. 112. ibi : daß die Schöppenstühle darauß sicherer verfahren mögen.* Ex mutua enim compositione & collocatione veritatem sæpenumerò elicitam fuisse, ipsa experientia edocuit : *Dn. Carpzov. 3. quest. 114. num. 76.* Nam & ex sermone, & ex eo, quâ quis constantiâ aut trepidatione quid diceret, quædam ad illuminandam veritatem in lucem

emer-

emergunt. inquit IC. in l. 10. §. 5. de *Question. Quæ Cujac. ad confrontationem applicat in Comment. C. de Accusation. & inscripse. Reus, inquit, ideò componitur cum testibus, ut ex more ejus & habitudine, ex constantia vel trepidatione, providus judex veritatem eruat. Exempla excussæ veritatis per considerationem vultuum passim occurrunt. v. Tacit. lib. 15. cap. 66. vers. 3. ibi: Non vox adversum ista Fenio, non silentium; Sed verba sua præpediens & pavoris manifestus. Justin. lib. 32. cap. 2. num. 3. Marcellin. lib. 16. cap. 33. & lib. 17. cap. 25. Itaque ab hac ratione veritatis inquirendæ ne Theologos quidem reformatos, ac ne quidem in causis Ecclesiasticis, ac nominatim hæreseos, abhorreere deprehendimus. Ita superioribus annis, Diodati in Epistola ad Salmas. Ministro cuidam Ecclesiæ reformatæ testimonium perhibens, eumque ab imputata à Miltono hæresi & sequiore de Spir. S. sensu purgans: C'est bien, inquit, une marque de malignité, que si on à oui ces blasphemes de la bouche, comme on presuppole, on ne nous en a point advertis en temps, pour en avoir une conoissance certaine, par examen de la verite & par confrontation des personnes. Extat in tr. qui inscribitur, *Alexandri Mori Ecclesiæ & S. lit. Professoris, fides publica, contra calumnias Johannis Miltoni scurræ. pag. 117.**

24. Intermedium vel secundarium finem dicere possumus, cum, quando confrontatio adhibetur non ad ipsam facti substantiam explorandam; sed præparatoriè, ad investigandas circumstantias loci, temporis, & similes: vel etiam ad finem decernendæ inquisitionis, capturæ atque adeò torturæ. Sæpè enim accidit ut reus neget aliquam circumstantiam, de qua si convinci mendacii possit, indicium & causam quæstionibus præbet. v. g. Nuper admodum perpetratum erat homicidium & mulier quædam, quæ antea uni atque alteri corpus prostituerat, cum ex urbe in pagum se gravis cum sarcinulis conferret, postridie ictu quodam prostrata inter vepra reperitur: Fama quædam J. C. B. ejus facinoris reum facit: Is negat se toto illo die, Urbe exiisse. Aliquis civis præteriens ex adverso adserit, se illo die I. C. B. extra urbem, prope locum homicidi perpetrati, conspexisse: decernitur & peragitur confrontatio: *Der Bürger ist mit dem Verdächtigen / I. C. B. confronti-*

frontiret worden. Quid sit? Gleich wie aber der Bürger darauff/
 daß Er Jhn l. C. B. an angegebenen Orte gesehen fest bestanden
 vnd Jhm solches in faciem gesagt; Also hat es l. C. B. alles geleu-
 gnet/ vnd daß Er des Tages auß dem Hause gekommen nicht gese-
 hen wollen. Q. An hæc confrontatio cum reo diffamato aliquod
 momentum ad torturam imponendam conferat? Separamus quæ-
 stionem an, à quæstione quatenus & quomodo: Et dicimus: Con-
 frontationem hæc non leve aliquod momentum ad torturæ in-
 dictionem conferre, maximè si ad vultum & gestus inquisiti iudex
 diligentius animum adverterit. *Dn. Carpzov. d. quæst. 114. num. 76.*
ibi: Inquisitus ex visu, trepidatione & gestibus sæpe convincitur,
& ad confitendum crimen inducitur, aut facibus torturæ subijci
potest: Siquidem vel audax inficiatio rei, vel constans assertio
testis, ut plurimum iudicis circumspecti animum informat (quod
dicere voluit M. Stephani lib. 9. de Offic. judic. cap. 8. juxta illud
Hadriani: Tu magis scire potes. l. 3. §. Ideoque D. Hadrianus. de
testibus) Quatenus autem hoc momentum proficiat,
in expositione effectuum rectius
declarabitur.

FINIS DISPUT. II.





COROLLAR. I.

S *Eneca in Epist. 106. Quâ deliria Philosophantium & inutiles nugas exagitat, ipso quoq; argumento ludere videtur, quando per multos paralogismos disputat, Bonum, τὸ καλὸν, corpus esse, concretum cum abstracto semper confundens. Quin & in principio statim ludit; cum totum illud exceptionis genus rejicit, quo eruditi Viri imprimis uti solent: Quia distincti sint occupationibus: Hanc v. exceptionem non admittit ideo: quia neminem res sequantur; Ipsi (homines) illas amplectentur, & argumentum felicitatis esse occupationem putent. Sophista, non cogitavit molem negotiorum, qua vel inuitos opprimit, quos sibi Resp. vindicavit. V. Cic. lib. 2. de LL. §. 20. v. Cl. Cantiuncul. Epist. ad Gulielm. Cnutelium post consil. 22. pag. 327.*

II.

H. Grotius & Legibus Civilibus & Bodino facit injuriam, quando lib. 2. de I. B. & P. cap. 7. §. 1. scribit: Illis placere & probari morem barbarorum, diripiendi bona naufragorum. Nam & ea, quam Grotius allegat Auth. Navigia. C. de furtis, planè contrarium docet; Bodinusq; facinus eiusmodi detestatur. lib. 2. de Repub. cap. 10. Quod miramur notatores non animadvertisse.

III.

A. Mornacius non satis intellexisse videtur sententiam JCtorum, quando ad l. 7. §. sed quod Papinianus. de Minoribus. scribit: meram esse juris subtilitatem, quod semel heres, non desinat esse heres.

IV.

An Vasallus Imperii pro renovatione investiture solvere teneatur aliquid? Negant Baldus, Alexand. & alii ap. A. Fachin. 1. Consil. 19. num. 6. & 7. G. Antonii Disp. Feudali 8. th. 8. lit. C. Idq; expresse jure feudistico cautum esse tradit. Dn. Myler. in addit. ad Rumellini A. B. part. 3. Dissert. 6. thes. 12. per cap. 1. vers. Et omnes. De Pace Constant. (Est inter extravagant. tert.) Dn. G. Antonii laudat textum l. f. 27. Caterum allegati textus negativam vix evincunt; Et A. B.

tit. 26. (s. ut alii distinxere tit. 29.) qui inscribitur: De juribus officialium, dum Principes feuda sua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt: §. 2. Ipsos Principes Imperii, Ecclesiasticos & seculares, ad hoc adstringit, ut quoties feuda sua ab Imperatore Rom. suscipiunt, officialibus Imp. sexaginta (alii sexaginta tres, alii sexaginta sex numerant) marcas argenti cum fertone solvant: Solis Electoribus exceptis; per egregiam rationem que ab ipso Carolo IV. adducitur in pt. d. tit. Alii observantiam cuiusq; curie magis quam ius scriptum respiciendum esse putant. ap. Fachin. d. loc. num. 7. Et sanè non vacat mysterio, quod Taxatores alicubi apochas suas ita informant: wegen der Regalien vnd Lehen über das Herzogthumb N. ist taxa nihil: vnd allein nachfolgendes (quod sepè mille florenos excedit) denen N. Hoff. Nemptern abgestattet. Scilicet quia ipsis quoq; Electoribus liberum relinquitur in A. B. d. loc. an sponte & liberaliter aliquid velint largiri. Atq; ita observantia, juris subinde necessitatem vel obligationem inducit.


V.

An sportule illa recte dicantur Laudemium, Relevium, Introitus, Lehnhahr? Ita tradit Dn. Mylerus d. loc. addit. ad thes. 13. Non puto si vocabulum Laudemii in speciali significato accipiatur, quatenus quinquagesimam partem pretii designat l. ult. C. de iure Emphyt. Concedo tamen id nominis, si in latiori significato sumatur: (prout vulgò à laudando deduci solet; q. d. laudo meum dominum;) quod antenus tolerari posse. Ut apud, Dn. Struvium Exercit. feudal. X. thes. 20.

VI.

Clausulam ausi beweglichen Ursachen quàm nunc fere iudices uti solent, Oldendorpius expungendam esse censet, quod sub eius preteritu nihil non excusari possit. Id monitum quia tanquam ἀξιωματικόν Calvinus in Lexico suo juventuti obtrusit, merito redarguendum est: pro iudice enim semper presumitur: ac in specie quod rationes pronuntiat ritè expenderit & conceperit, licet eas non protulerit, cap. sicut. 6. ubi Abbas & cæteri Canon. De re judic. Wesenbec. 1. cons. 29. num. 62. M. Stephani lib. 6. de offic. judic. cap. 1. n. 54 & 58. sufficiat, quod eas superiori paratas habeat. R. N. de anno 1654. §. de begleit. chen 54. Confer. Ummium disp. ad process. direct. 19. n. 59. Ubi declarationes quædam adhibentur.

F I N I S.



00 A 6447

ULB Halle


3


002 937 336



R VS 17







DE CONFRONTATIONE,
DISPUTATIO SECUNDA,

QUAM
FAVENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO
SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi
& Consultissimi*

DN. JOH. OTTONIS
TABORIS, JCTI,

SERENISSIMI PRINCIPIS HASSO-
DARMSTADINI, &c. CONSILIARII, INCLYTÆ
Universitatis Ludovicianæ CANCELLARII, & Pro-
fessoris Primarii, DN. Patroni, Promotoris ac
Præceptoris sui æterno observantiæ
cultu devenerandi,

Publicè defendendam suscipit

NICOLAUS BRANDÆ/Lübecensis.

Ad Diem 21. Februarii,

Horis & loco consuetis.



GIESSÆ HASSORUM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELLII,
Acad. Typographi Ordinarii, 1661.